



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 7. De effectibus ciuilis contractibus validi, ac primo de obligatione,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78332)

dominum, donec compleatur traditione rei; sicutque transerat in contractum: prout idem Molina tradit in sequenti disput. 273.

C A P V T VII.

De effectibus ciuilis contractus validi, ac primo de obligatione.

S V M M A R I V M.

- 100 Generalis definitio obligationis; ac prima illius diuisio in eam quae est ex honestate, & eam que ex necessitate: & huic in eam que ex iustitia, & eam que ex charitate; vel alia virtute.
 101 Diuisio obligationis ex iustitia in naturalem, ciuilem, & mixtam.
 102 Explicatio dubitationis. An in contractu cestet obligatio naturalis, cum si irritatur iure ciuilis.
 103 Princeps sua lege facere potest illicitem in conscientia translationem dominij.
 104 Lex humana qua affl. ir personas ad contrahendum inhabiles, obligat in conscientia.
 105 Quae vera prescribit tantum solemnitatem seruandum in contractu, non ita obligat, vt quod acceptum fuerit per eum, refutari debeat ante iudicis sententiam.
 106 Quid debet post iudicis condemnationem.
 107 Nisi procedatur mala fide: quod quando contingat.
 108 Quid sit actio.
 109 Diuisio illius in realem & personalem.
 110 Alia in eam que est bona fide. & eam que sibi est iuris.
 111 Cui à iure derivatur actio realis. & cui personalis.
 112 Dicimen inter utramque eam actionem, in ordine ad proximam.
 113 Quid sit euictio, & quando contingat.
 114 Quaregula de euictione, prout debetur ex contractu lucrativo, seu donatione.
 115 De euictione, prout debetur ex contractu ventitione.
 116 De euictione, que debetur ex aliis contractibus oneratis.

100.

EFECTVS ex contractu ciuili prouenientes tanquam ex causa, sunt maxime, obligatio, actio, & euictio. Obligatio autem sumpta vniuersitate, est vinculum quo adstringimur ad aliquid dandum vel faciendum, vel non dandum aut non faciendum. Diuiditurque in eam quae fundatur in honestate, & eam quae in necessitate; quarum prior non est ad culpam, quia inducit tantummodo mortale debitum cuiusdam honestae observationis: laudabilis quidem, non tamen necessaria ex vi aliquius praecepsi; sed ex vi honestatis, qua quilibet gratius esse debet suo benefactori, & omnibus, prout expedierit, benefacere. Posterior vero obligatio est ad culpam; quia oritur ex aliqua legi seu pracepto, sive iusticia, sive charitas, sive alterius virtutis, vt religiosi, fidelitatis, &c. Ceterum ea qua est effectus contractus (& hic occurrit à nobis consideranda) de illis est, quae ex lege iustitia oriuntur, & requirunt animum seu intentionem se obligandi, iuxta legem Obligationum, ff. De obligacionibus & actionibus.

Quod autem contractus non sit adæquata illius causa; patet ex eo, quod iuxta legem primam, eodem titulo, ipsa adhuc nasci possit ex qua contractu; vt cōtingit in casibus qui traduntur Institutis, tit. De obligationibus quae quasi ex contractu nascuntur. Quorum primus est, cum quis negotia alterius gestis sine ipsius mandato; de quo titulus, ff. De negotiis geltis. Secundus est, cum quis ex tutela pupillorum, aut curatela minorum obligatur. Tertius, cum aliqui habent rem communem, non ex societate, sed ex eo, quod pariter sit illis legata, seu donata. Quartus, cum heredi imposita est solutio aliquorum legatorum. Quintus, cum per errorem, solutum est indebitum.

Nasci adhuc potest eadē obligatio, tum ex officio quod geritur. Eo ipso enim quod quis suscipit aliquod officium administrandum, quasi contrahit cum eo qui ipsum in tali officio constituit. Tum etiam ex delicto seu maleficio contra iustitiam admisso; vt ex adulterio, homicidio, aliae iniuria contra iustitiam alteri illata. Tum denum ex qua si de-

licto; quando quis contra iustitiam lædit ut: non quidem ex malitia & dolo, ex imprudentia tamen vel imperitia. Scilicet per imperitiam male iudicando, obligationem incurrit resarcendi detrimentum inde secutum. Similiter obligatus est ex cuius domo aliquid effusum fuerit, vel electum quod transiuntibus intulerit damnum; aut si ipsius animalia, aut serui nocuerint alicui contra iustitiam.

Porrō eadem obligatio ex iustitia triplex distinguitur, vt quedam sit naturalis tantum, quedam ciuilis tantum, & quedam mixta. Naturalis tantum est, quae ex iure naturali aut gentium nascitur sine ciuili: seu quae obligat in foro conscientie, non obstante quod ius ciuile non concedat ex ea agere. Fit enim aliquando, vt legislator ob aliquam circumstantiam non approbet conuentiōnem, ex qua obligatio ipsa naturalis nascitur: ut si credam pupillo pecuniam; vel aliquid ei veridam finetutoris autoritate: aut si frater fratris pecuniam credat: quorū viterque adhuc sit sub patris potestate; aut si pater contrahebat cum filio: aut si filius aliquid surripiat patri, vel vxori marito. Ex quibus siue contractibus, siue delictis ius ciuile non dat actionem in foro externo; quia pupillus & tutor, reliqua item persona memorata, habent pro vna, in ordine ad patrimonium, quod habent in diuinius.

Obligatio vero tantum ciuilis, est quae vim habet ex iure humano, nihilque de ea ius naturæ statuit. Exemplum est, si Titio dem syrapham, per quam spe remuneratio futura, profitear me debere ei centum; obligor enim auctoritate iuris ciuilis per legem in contractib. Cod. De non numerata pecunia: adeo ut Iudices quantuncunque nihil acceperim, videntes meam syrapham, sint condemnatur mei debitorem centum. Titio cui de iure naturali, atque adeo in conscientia, nihil debeo: quandoquidem à parte rei presumptio non responderet veritati. Additur aliud exemplum ex lege vlt. Cod. De iure deliberandi; per quam haeres, si adierit hæreditatem non confessio inuentario, obligetur in solidum creditoribus & legatariis defuncti, etiam ultra vires hæreditatis: quod non habere locum in conscientia communior sententia est. Quae tamen habet difficultatem, vt videre est apud Ludouicum Molinam de iust. & iure tract. 2. disput. 217. §. Quod attinet ad 1. Et certe cum ea non debeat souere peccatum: quando per fraudem aut negligientiam notabiliter omisimus fuerit inuentarium, videtur ab eadem discedendum esse.

Obligatio denique mixta ex naturali & ciuilis, est quae oritur ex iure ciuili fundato in vera aliqua ratione & equitate naturali: vt obligatio consurgens ex emptione, vel mutuo, vel alii similibus actibus rationi conscientie, & à iure positivo approbat. In qua obligatio adiuvante contingere posse, vt ciuilis obligatio tollatur manente naturali; & contra manente ciuili, tollatur naturalis. Nam si debitor per sententiam Iudicis absoluatur, quia creditor non probavit mutuum, tollitur obligatio ciuili manente naturali. Si vero creditor pacificatus cum debitore se nunquam repetitur ab eo debitum; nec tale pactum potest in iudicio probari, debitor liberatus est quidem ab obligatione naturali, non tamen à ciuili.

Ceterum ciuilis obligatio interdum assistit naturali: vt sit cum ei admixta, parit actionem in foro externo; interdum vero ei resistit; vt contingit cum contractus iure naturali validus, irritatur iure ciuili: ex qua irritatione cestetur in contractu, naturalis ipsa obligatio, explicandum est consequenter.

Explicatio dubitationis. An in contractu cestet obligatio iure naturali, quando si irritatur iure ciuili.

S E C T I O I.

Especiat hæc explicatio, vt intelligatur utrum in foro externo, ita in interno, & quodam deum, nulla sit translatio dominij facta per contractum, validum quidem, si species ius naturæ non tamen si species ius humanum ob defectum conditionum quas ipsum requirit ad contractus validitatē. In exemplū datur translatio ea dominij quae fit per testamentum, cui interfuerunt tantum duo vel tres testes, qui

101.

102.

qui sufficiunt iure naturae, iuxta illud Matth. 18. In ore duorum vel trium stat omne verbum: non autem iure ciuili, quod septem testes ita requiritur, vt si vnu defuerit, testamentum ipso iure deficit: Cod. De testamentis, lege Si vnu. Item ea que per donationem, aut venditionem fit a pupillo sine consensu tutoris. Nam tales contractus iure naturali validi (vixi facili liber viri que pars consensu licito & possibili, prout supponimus) nullam parunt obligacionem iure ciuili, ex lege Iulianus, §. Si quis a pupillo, ff. De actionibus empti & venditi. Due autem sunt ea de re sententia oppositorum, quas suse persequitur, & expedit Ludecicus Molina de iust. in tract. 2. disput. 81. post Sotum, lib. 4. de iust. & iure, quest. 5. art. 3. & Couarriuam ad regulam Peccatum, part. 2. §. 3. num. 9. & 10. & ad Cap. Cum esces, de testamentis alios referentem. Quid autem possit in praxi teneri, complectat aliquor propositionibus.

PRIMA EST. Rerum publicarum seu Principem ad tollendas fraudes, & impedienda damna, quae sub orbi facile possint, habere potestatem condendi leges, quae vniuersitate reddant irrita, & ad dominium in foro conscientiae transferendum inefficacia testamenta, aut contractus quibus defuerint conditiones quas adesse iudicauerit expedire. Hac probatur, quia ut subditi, sic & eorum bona, publica potestati subiacent in ordine ad communem bonum, & ad tollenda incomoda quae possunt in Republica oriri. Quare licet quisq; solo iure naturali spectato, distribuire possit bona sua prout libuerit: tamen Princeps, si bono communio ita expedire iudicet, potest certos modos & formas praescribere, quibus fiat talis distributio: simulque statue ritum, nulliusque momenti fore, quid quid alio modo factum fuerit, nihil obstante manifeste distribuentis voluntate. Hac ratione alienatio facta a pupillo sine tutoris autoritate, nulla est in foro conscientiae: etiam si contingat pupillum ipsum iudicio maiore polle, quam aliquos adultos, a quibus si fierent alienationes, censerentur validae.

Non solum autem in foro externo, sed etiam in conscientia, illiusmodi leges habere locum, quantumvis se ruruntur autem auctoritate ciuili, pater per tradita in precedentibus lib. 13. tract. 4. cap. 3. quest. 2. Præcipue autem per illud ad Roman. 13. Non est potestatis nisi a Deo, & qui potestatis reficit, Dei ordinatio reficit. Nec possunt eadem leges dici procedere ex presumptione cui veritas sit in contrarium, ideoq; non habere locum in conscientia. Namque, vt supponimus, ea feruntur ex certa scientia principis, & iustis de causis. Atque si lex humana irritans vel restrigens naturae legem, locum haberet tantum in foro exteriori, non item in conscientia; sequeretur matrimonium contractum in gradibus, lego tantum Ecclesiastis prohibitus, vt in 2. vel 3. vel 4. esse inutilidum in foro tantum exteriori, non item in conscientia, quod haereticum est, ex Concil. Trident. less. 2. 4. Can. 3. & 4. de sacramento matrimoni.

SECVNDA propositione est. Legem humanam, quae efficit personas omnino inhabiles ad aliquem contractum, obligare in conscientia, impideatq; obligationem naturalem atque securitatem: ita vt nihil efficiatur contrahendo. Sic irritum nullumve est matrimonium clandestinum, seu non factum coram Parochio, & duobus aut tribus testibus (quod antea valebat, licet prohiberetur ab Ecclesia) quia Concilium Tridentinum in eadem 2. 4. less. in decreto de reform. matrimonij cap. 1. eos qui si contrahere attenterentur, reddit sic ad contrahendum omnino inhabiles, decernendo contractum eiusmodi irritum, nullumque esse: imo illum irritum facit, annullatque: dato quod tale ipsius decretum fuerit promulgatum in parochia sic contrahentium.

Ad confirmationem autem allatae propositionis, facit illud quod ante propria D. Pauli verba satis indicant: Principibus potestatem inesse, qua possint si velint, subditos etiam in conscientia adstringere. Quia igitur Princeps per tales leges aperte ostendit se velle ut ea potestate, quam respectu inferiorum habet, reddendi iusta de causa contractus ipsorum irritos, id ita fieri censemendum est: quandoquidem ubi cum potestate voluntas efficiendi concurredit.

rit, effectus sequitur. Neq; enim potest negari securus, nisi quia agens, illum aut non potuit, aut non voluit efficerre.

TERTIA propositione est. Probabile esse legem humanam quae non facit personas omnino inhabiles ad contrahendum; sed tantum praescribit solemnitatem, seu conditiones necessariae seruandas in contractu, non habere eam in conscientia; viis qui contrahendo acquisierit aliquid, teneatur acquisitum restituere alteri, ante quam repetatur in foro exteriori coram Iudice, & interueniat condemnationis sententia, per quam rescindatur contractus, aliave dispositio cui deest a iure prescripta solemnitas. In exemplum induci possunt testamentum sine solemnitate iure ciuili requisita celebratum: & electiones ad beneficia Ecclesiastica, atque alienaciones honorum Ecclesiae, factae sine solemnitate requisita iure Ecclesiastico.

Cum autem duo contineat hæc propositione: unum, propria leges non irritare contractum sine solemnitate celebratum quam ea requirunt: alterum, reddere eundem irritabilem per sententiam Iudicis: quo ad prius (quidquid locis citatis contradicit Couarruas) ipsum factis ex eo collat, quod probabile sit Principum mentem eam esse in ferendis eiusmodi legibus, vt non sint naturali obligationem omnino impedire, annullando contractus, aut dispositiones ex quibus ea configit. Id enim licet comicere ex eo, quod Principes cum alias volunt omnino impedire naturalem obligationem, id ipsum ita exprimant per verba irritatoria facti, vt nullum locum dubitationi relinquant. Licet quoque idem colligere ex nonnullis legibus, iuxta quas possimus candem mentem probabiliter interpretari, quod in hacre non sit impediendi omnino obligationem naturalem. Eas refert & expedit Molina in *cirata disput. 81. §. Hanc autem, & aliquot sequentibus*. Nobis sufficit attigisse vnam in exemplum: qua est lex. Etsi inutiliter, Cod. De fideicommissis: in qua Antoninus Imperator ait: Si testator inutiliter, hoc est, sine debita solemnitate, reliquit fideicommissum: & haeres sciens illam fuisse defuncti voluntatem, illud solvit: neque ipsum, neque haeredes ipsius posse illud repere. Additique rationem, dicens: Cum non ex sola scriptura, minus solemnis facili, sed ex conscientia reliqui fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur. Quia vero aperte indicant ex ultima voluntate testatoris minus solemnis, oriri obligationem naturalem. Quam esse communiorum Doctorum sententiam ex Julio Claro, & Couar. habet Molina ibidem §. Quarto idem mihi suaderet: atque pro ea aliquot nobiles autores Leon. Lessius lib. 2. de iust. & iure cap. 19. dubit. tertia, num. 14. refert, quam & approbat cum eodem Molina. Similis in num. 21. & aliquot sequentibus ex inferens.

Primo, haeredem ab intestato si sciat defuncti voluntatem, qua alterum constituerit haeredem, aut ei aliquid legari testamento minus solemnis, teneri in conscientia tali restituere haereditatem legarum ve soluere. Secundo, si ea de re fuerit dubius, teneri proper dubium cum illo altero componere: nam cum nec ipse, nec alter ille adhuc copere possidere bona fide, par est in dubio utrisque conditio. Tertio, si haeres ipse ab intestato haereditatem aut legata retinet: illos quibus per testamentum minus solemnem fuerit, aliquid relictum, posse seruari debitis conditionibus, vi compensatione. Quod Syluester in verbo haereditas 3. quest. 7. in fine, ait posse seruari fibi reliqua. Quartio, si idem haeres fateatur mentem testatoris fuisse, vt haereditatem alteri tradere nomine fideicommissi, vel vt legatum aliquod solueret: aut si oblatio ei iuramento compellatur dicere an tale quid sciat, ecclesi iurare, cogendus est in foro etiam externo haereditatem tradere (detracta tamen quarta parte) factumve legatum soluere iuxta §. vi. titulum, De fideicommissariis haereditatibus, Institutibus, & legem; Questionem De fideicommissis Codice.

QVOD ad posterius autem, in allata propositione continentum, vt stabilitum censeatur, tenendum est cum Soto lib. 4. de iust. & iure, quest. 5. art. 3. (quod loco cit. Lessius nu. 31. probabile esse fatur) mentem Principum in ferendis legibus, de quibus agimus, non esse, relinquere omnino integrum iuri naturalis obligationem, ex contractu se-

quentem. Pro quo facit maxime, quod tales leges alioquin essent cooperaciones ad peccatum usurpationis rei alienae; quandoquidem earum autoritate per sententiam Iudicis extraherentur res ab illis a quibus habentur ex testamento, vel ex contractu non solemini: quod quidem est aperte contra iustitiam: dato quod inde in nullo immunitum habeant de iure naturali, carum dominium. Id autem est incommode maximum, ratione cuius eadem leges essent omnino repudianda: cum, ut habetur in cap. vii. de prescriptionibus, generaliter sit omni constitutioni derogandum, quia absque mortali peccato non potest obliterari. Quare dicendum merito videtur, Principem in illis iuribus, mentem eam habuisse, ut a minus solemini testamento vel contra dictu naturalem obligationem excluderet quidem, sed solum pronuntiata secundum eas a Iudice sententia; per quam talis obligatio declararet nulla manere. Cui doctrina ut afflentiar in ordinem ad praxim, facit exterioris fori usus: quem peccati dannare, nisi certa ratio coinceat, durum est. Fert enim, ut testamento eo ipso, quod aliquia eis deest solemnitas, sine scrupulo a Aduocatis & Procuratoribus ostendantur, & a Iudicibus pronuntientur nulla: haeresque ab intestato occupent absque scrupulo, & possident defuncti bona, nec legata solvant in eis reliqua; nisi fuerint pia, quae in foro ciuium externo suam vim & efficaciam extestamento minus solemnem obtinent, iuxta Cap. Iudicante, & Cap. Relatum i. De testamentis.

107. Non negarim tamen contraria doctrina locum esse, quando proceditur mala fide: ut fieri censetur, cum quis proba nouit, certusque est testatoris voluntatem plenam, fuisse constitutum alterum haeredem, aut certum quid legandi ei. Nam tali fraudulento patrocinandi, mentem legislatoris esse minime existimandum est. Quod & licet conicere ex eo quod tali fatenti se scire veritatem, aut recusanti iurare (si ab eo petatur sub iuramento) an eam sciat; auferenda sit haereditas, & tradenda altera, ex § ultimo, & lege Questionem ante memoratis: unde illud sequitur, quod de ins. & invenit. 2. disput. 81. Quid si hac in fine Molina habet: Aduocatos (nisi sequantur opinionem Couarruiæ, existimantis testamentum, etiam in conscientia, invalidum esse ex defectu solemnitatis) teneri in ictu modi negotio interrogare clientulos, qui patrocinium ipsorum pertinet, an sciant illam fuisse voluntatem testatoris, ut haereditas alteri deferre rerur: sique illi annuant: aut si ipsi metu Aduocati illis negantibus, id sibi perfudeant; non posse illis praestare patrocinium: vt pote ad rem iniustam expitatem, tenerique illos admonere quod non possint tute conscientia exigere talia bona; si indubitanter existimat, eam fuisse testatoris voluntatem; sin de eo dubitent, debere facere compositionem, prout ante dictum est. In solvendis rationibus Couarruiæ non immorabitur: quia nihil se aliud probant, ut videtur est apud Molinam in fine eiusdem disput. quam quod habet prima nostra propositio.

De actione.

S E C T I O N I I.

108. V T ex contractu obligatio, sic ex obligatione actio nascitur: de qua pro foro interno, fatis est docere quid, & quotplex sit. Ergo, ut habetur lege Nihil aliud, ff. De obligationibus & actionibus. Actio est ius, quod sibi debeatur, iudicio persequenti. Aduerte vero actionem sumi duplicitate: uno modo late pro omni iure, quod index ex officio suo tribuit, cum auxilium ipsius imploratur, seu petitur, ut ex officio suo aliquid faciat. Qua ratione actio dicitur, quod Iudicis autoritate in communione necessitate, diuites compellantur subuenire indigentibus: & in communione penuria, habentes frumentum cogantur illud iusto prelio vendere reliquis ciuibus indigentibus. Altero autem modo actionem sumi stricte, ut praeter officium Iudicis, requirat debitorem, & creditorem; vel quasi debitorem, & quasi creditorem: itemque ut creditor, vel quasi creditor, qui auctor dicitur, suum ius in iudicio petat ac persequatur.

109. Qua tantum acceptione, definitio ante allata conuenit

actioni: quaque eadem distinguitur in realem, qua vendicatio; & in personalem, qua contractio dicitur, ex lege Actionum genera, ff. De obligat. & actionibus. Realis autem est, per quam rem nostram, ab alio posselam perimus; & nascitur semper ex dominio rei, vel quasi dominio, seu (quod idem est, iuxta legem In rem, ff. De rerum vendicacione) ex iure quod habemus in re. Vnde semper est aduersus eum qui rem nostram possidet, etiam si nihil nobiscum contrarerit, nihilque contra nos deliquerit, ex quo personam suam habeat nobis obligatam. Personalis vero actio est, qua cum eo agimus, qui nobis ad aliquid faciendum vel dandum obligatus est ex aliquo contractu, vel quasi contractu; aut ex aliquo delicto, vel quasi delicto; vnde semper est aduersus eum cuius persona est nobis obligata tanquam debitoris.

D I V I D I T V R præterea actio, quod quadam sit bona fidei, & quadam stricti iuri: illius se decim species referuntur Institutionibus, tit. De actionibus, §. Actionum: nempe, exempto, vendito, locato, cedula, negotiorum gestorum, mandati, depositi pro focio, tutela, commoda, pignoratitia, familia, ecclesiæ, seu haereditatis dividenda, communis dividendi, præscriptorum verborum; que de ultimato proponitur; ut quod ibi tradens rem meam, existimat, ut eam vendere decem, aut tantum pro ea solvere, item quæ ex permutatione competit, atque haereditatis petitio.

Hastefersen glossa ad Cap. Cum venerabilis, De exceptionibus, verbis, Bonis fidei, additæ cæteras (vt ex mutuo, ex arbitrio, & alias) est stricti iuri. Dicitur autem actio bona fidei, non ex eo quod debeat in illa seruari bona fides: nam id illi commune est cum actione stricti iuri: sed quod in eam veniant, quæ debent ex aquitate, & bonitate: etiam neque dicta, neque cogitata sint à contrahentibus. Actio vero stricti iuri dicitur, quod in eam veniant tantum quæ naturæ eius, vel contrahentium conuentio stricte exiguntur, quæ, si per eisdem contrahentes expressa non sint, potuerint, saltem verisimiliter, ab illis cogitari. Videri potest Cour. ad Regulæ possessor. De regulis iuris in §. part. 2. §. 6.

P O R R O, iura (quod non sit Molina in cit. tract. 2. disput. 2. in fine) actionem reali tribuuntur, qui ius habet in re: ita ut duo ista recipiuntur. Ius habet in re, & concedit utili actio realis. Et vero quis solum habet ius ad rem, concedunt solum actionem personalem. Ad discernendum autem, quid ius habeatur in re, & quando tantum ad rem, hoc documentum seruare potest. Vbi cumque reperitur ius seclusa persona obligatione, ipsum censetur esse in re. Vbi vero ius non reperitur nisi in obligatione persona, est personale. Exemplum est, si Titius bona fide possidet rem alienam, verus dominus habet in eam ius, ratione cuius possit agere contra Titium actione reali: non vero personali, ratione alicuius obligationis, qua ad strictus sit ei Titius: qui nec ex contractu, nec ex delicto ei obligatur. Sin autem idem Titius mutuo accepit centum, creditor non habet ius in rebus ipsius, ut possit agere actione reali; sed tantum in ipsius persona, quæ ex ipso mutuo illi est obligata.

In ordine autem ad praxim, inter utramque eam actionem discrimen satis latu cernitur: nempe quod cum realis sequatur rem in qua ius reale competit; ea detur contra quemque possesse rei, quocumque titulo eam apud se habeat, etiam si per mille manus transferit, utra legem Actionum genera, ff. De obligat. & actionibus. Ratioque est, quia cum talis actio fundata sit in iure, quod quis habet in re, ad quemque ea transeat, cum onere suo transire. Actio vero personalis non egreditur personam obligatam: quia cum sit in talem personam, eam semper sequitur quidem: sed eadem extinguita, & ipsa extinguitur, nisi detur aliqua alia persona quæ ipsam representet: sicut haeres debitoris, censetur ipsum representare.

De evictione.

S E C T I O N I I I.

D E H A C habetur titulus, digestis De evictionibus & dupla stipulatione: & agit Couar. in lib. 3. variarum refol.

refol. cap. 17. Est autem euictio, rei emptae vel donatae, vel ex alia causa acceptae, interposito iudicio decreto, ablatio. Haec accidit cum quis rem propriam in iudicio reperitur ab eo, cui dedit, aut vendidit alter ad quem ea non pertinet. Atque de euictione, ut debetur ex contraetu lucratu-
uo, seu ex donatione, duae regulæ sunt notanda, quas tan-
git Ludouicus Molina de iust. & iure tom. I. tract. 2. disput. 252.
§. Secundo sumitur contractus.

PRIOR EST, quæ habet ex lege Arist. §. vlt. ff. De donationibus. Quando incipit donatio à traditione rei quæ donatur; cum qui donauit non teneri de euictione, nisi donatarius expensas fecisset in re sibi donata; ac ipse qui donauit tunc cum donaret, rem eis alienam fecerit. Quo casu tenebitur ad refundendas easdem expensas, & alia damna subsecuta; non autem ad rei valorem; quia in illis, non item in hoc, donator censetur donatarium laesum se contra iustitiam.

POSTERIOR regula est. Cum donatio à promissione incipit, si ea sit in genere: dandi v.g. aliquot modios tritici, vel aliquot boues, aut aliquot nummos aureos: si promissor adimplendo promissionem der alienum, tenebitur de euictione: quia cum promitterendo non magis resperierit ad hos, quam ad altos tritici modios, vel boues, vel nummos aureos; non liberatur à promissione tradendo alienum, etiam per ignorantiam: cum dominium illius transfe-
re non potuerit. Sin autem promissio sit certa rei in singulari, ut huius domus, vel huius equi, promissor de euictione non tenebitur, ea tradita; quantumcumque fuerit aliena. Ratio est, quia promissio oītum habens ex liberalitate, promittente non obligat in conscientia amplius, quam intenderit se obligare. Is autem qui rem determinatam in singulari promittit, non intendit (nisi alias fuit animus ipsius quam nude promittendi) adstringere se ad aliud donandum quam eandem rem determinatam. Ergo illam tradens, ad nihil amplius tenebitur ex vi pro-
missionis: etiam si ipsa tanquam aliena euincatur: nisi, ut dicimus est, ad expensas, & alia damna donatarij; si dando præsumeret talēm rem esse alienam.

DE EVICTIONE autem, ut debetur ex contraetu onerofo, ut ex venditione, permutatione, &c. bene differit idem Molina in sequenti disput. 380. Atque de ea quæ debe-
tur ex venditione, illud pro præcō nobis proprie notandum est; venditor regulariter teneri emptori de euictione, hoc est, si res empta auferatur ab empte, eo quod non est venditoris, hunc debere illi restitutionem rei, & interesse; seu teneri solucere quantum res assimilatur, eo tempore quo euincitur, & quantum emptori ipsi inter-
est eandem rem non esse euiclam, ac etiam damna inde subsecuta. Hoc habetur ex lege Libera, Cod. De euictioni-
bus, & ex lege Euicta, ff. codem tit. & ex Cap. finali. De
empt. & venditione.

Ratio autem additæ particularæ (regulariter) est, quod dentur aliquor casus, in quibus ille qui rem vendidit, aut alio titulo alienauit, non tenebitur de euictione. Eosipse Molina persequitur in eadem disputatione, apud quem videri possunt. Nam ad institutum nostrum suūciet atti-
gisse paucis spētantes ad illud: quorum primus est, quando in contractu expressum fuit, ut venditor de euictione non teneretur. Qui casus debet intelligi cum conditione: si bona fide agatur; ut ceterabit agi, li. venditor emptori aperiat rei statum quem nouit. Si ergo sciat alienam esse, idque sufficienter aperiat; de euictione non tenebitur, hoc nomine, quod liberis ab obligatione soluendi inter-
esse, & damna emptori subsecuta: non autem quod libe-
ratur ab obligatione reddendi pretium acceptum, nisi co-
trahendo fuerit expressum in particulari, quod ne qui-
dem ad pretium teneatur.

Sin autem dubitet an sit aliena; & id item aperiat, li-
bererit etiam à p̄c̄t̄ restitutio. si res ab empte euin-
catur seu abstrahatur: quia perinde cum eo contraxit, ac
contrahit ille qui vendit iactum recti, siue p̄fices capian-
tur, siue non. Ita habetur ex lege Emptori, §. vlt. ff. De
actionibus empti. Quod si mala fide agatur; venditore
nimis scientie rem esse alienam, aut de eo dubitante,
nec aperiente illius statum: tunc ob dolum interuenien-

tem obligatio erit non tantum ad restituendum pretium, sed etiam ad interesse damnaque secuta resarcenda iuxta communem doctrinam de obligatione ad restitutionem ex iniusta acceptance.

Secundus casus est. Cum res vendita, extracta est de po-
testate emptoris per sententiam aperte iniustam: siue ea
lata sit per iudicis imperitiam, siue per nequitiam, aut in
odium possessoris, aut quia voluit auctori iniuste fauere, ex
Cap. ultimo, De euictione, & vend. & ex lege Si per im-
peritiam, ff. De euictionibus. Ratioque est quod tunc perin-
de sit, ac si per furtum aut vim res esset iniuste ablatā, aut
cau forto periret: in quibus eventibus constat rem ei
perire, apud quem est illius dominium, sicut rei venditæ
dominium est apud emptorem.

Tertius casus. Quando empori prescribere potuit rem
emptam: nec prescriptis: adeo ut culpa inertia sua sit
ab ipso ablata, ex lege Si dictum, §. Si cum posset, ff. De
euictionibus.

DE EVICTIONE quæ debetur ex aliis contractibus
onerofis, haec habet idem author sub initium memorata
disputationis. De euictione rei teneri cum qui illam per-
mutauit: ex lege Si permutations, Cod. De euictionibus,
& ex lege I. Cod. De rerum permutatione. Item qui quo-
uis alio contractu onerofo rei in alterum transfluit: vt
cum eam dedit in debiti solutione, ex lege Libera, Cod.
De sententiis & interlocut. Præterea, quando heredes di-
vidunt inter se hereditatem, aut socij tem iphis commu-
nem: si enim aliquid eorum quæ vnu accepit euincatur,
alii heredes aut socij tenentur ei de euictione; ex lege Si
familia. Cod. Familia circundat, & ex lege Si fratres,
Cod. Communia virtusque iudicij, &c Addit idem (quod
facere potest ad noltrum institutum) in contraetu trans-
actionis, seu quando aliquid alicui datur, ut a lite dispe-
dat, cedave iuri quod habet in re litigiosa si eadē res postea
euincatur tanquam aliena, non esse obligationem re-
stituendi acceptum ea de causa: quia non fuit datum pro
re quæ euincitur, sed pro cessione iuris quod prætendit se
in ea habere: etiam si in rei veritate nullum forte habeat.
Imo vero, si illud ipsum quod ei datum est, euincatur per
aliquem alium, si qui dedit tenetur illi de euictione: ex le-
ge Si pro fundo, Cod. De transactionibus. Quanquam si
litigantes ita liem compónerent, vt vnius vnam, & alter
alteram rei litigiosæ partem acciperet: si vnius pars euin-
ceretur, alter non tenebitur de euictione: quia partem
vnam non accepit in alterius partis compensationem, vt
si in divisione hereditatis; sed vt cederet obsecro iuri
suo, quod habuit in illud totum quod conflatum erat ex
alibus partibus. Qua de re adhuc idem author in eodem
tract. 2. disput. 556. sub finem. Quando autem aliquid mar-
tio darum in docem euincitur; quoniamque ille agere possit,
cum specler potissimum ad forum externum, relinque-
mus videendum apud eundem in preced. disput. 427.

CAP V T VIII. De accidentibus contractus. S V M M A R I V M.

- 116 *Quæ sit ea culpa quæ censetur accidentis contractus ipsum iniurians.*
- 117 *Quid sit dolus generaliter: & diuīs illius in bonum & malum.*
- 118 *Dolus malus (qui solus constituitur accidentis contractus) quid sit.*
- 119 *Varia diuīs eiusdem.*
- 120 *Dolus tollens consensum in contractum, reddit ipsum inuidum.*
- 121 *Dolus dans causam contractus non obstat, quin sit validus, si vero animo contrahendi celebretur.*
- 122 *Corollarium inde consequens: deceptum posse quo ad forū conscientie compellere deceptorem ad implendum contractum.*
- 123 *Validus est contractus cui causam dedit alicuius tertii dolus, neuterque contrahentium ei communicavit: nisi tollat liberum consensum eorumdem contrahentium.*